



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancta Bona virgine. Cap[itulum]. lxxi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## De sanctis in mēse septēbris occurrētibus Fo. cccvii.

spuit: illaq; cōfusa discessit. Tūc fecit eū rex deponi super lectum gladijs acutissimis circumseptū: qui quattuor rotis agitabatur: sed orāte sancto gladij sicut fenū facti sunt: et ipse illesus permanfit. Quo vīso miraculo quingēti gentiliū crediderunt. Quante quoq; scō martyre christina et aqua de petra. p̄siliū: et ipse eos baptizavit. Satinq; ad regē intravit: quē ille vidēs incolumē quē mēbratiz cōscisuz putabat: iussit eū hāmo p̄ labia suspēdi: et ferrū ignitū acutū auricule ipsius infigi: vt a dextera in sinistram pertrāsiret: aliud quoq; ferrū cordi eius immitit et tertium capiti imponi: qd̄ inde ipm̄ vsq; ad latus sinistrū transfoderet. Et dū hec cōstāter similit̄er superasset: iussit eū versis pedibus suspēdi: et fumo subterfacto fumigari: deinde capta pisce et palmitibus igne succenso sanctum cremari. Et cū in his etiā illesus permanfisset: manus eius trūcari: et ferris crura secari fecit. Deinde calciamēta ferrea ignita pedibus eius imponi. Et post hec in pfundissimā foueā sine aqua iactari. Qui oratione facta ab angelo miḥaēle de fouea educit: et mēbra eius oīa restituitur. Angelus quoq; ipm̄ hortatus ei dixit: et quicunq; ipm̄ in omni necessitate inuocaret iuste postulata penitus obtineret: et si intulset peteret ad penitētiā perueniret. Post hec pater vocatis magis fecit ei mortiferū in calicē propinari: sed signo crucis edito: demones de calice viulantes euauerunt: et venenum in aquam conuersum est. Da qua marty: domini magos illos ad christum redeuntes baptizavit quos rex vna cum filio in carcerem trudi mandauit. Quante hō sancto diabolus in angelum lucis transfiguratus eidem apparuit: quem ille per spiritum cognoscens durius increpauit. Satinq; angelus bonus eidem assistit: et illum fore demonem declarauit: quē niceta ad terram prostrauit: et pedem super collum eius posuit: et quis esset interrogauit. Ille hō diu euilans dixit se esse spiritūz qui adā fecerat vt preuāicaret: et caim vt fratrem occideret: et populum iudeorum induxerat vt christum crucifigeret: veniente quoq; patre martiniano ad carcerem: profecit niceta demonem in vultu eius dicens ipsum esse deum quē adorabat: et deinde illū in sterquilino alligauit. Quis autē pater se in xpm̄ crediturū promitteret: si niceta vnum ex multis defunctis sub columna facentibus suscitaret: orante sancto omnes qui fuerant mortui surreperunt. Et cum in gentilitate mortui essent sanctus dñs eos baptizauit: et iterū vt dormirent ac se in paradisum procederēt imperauit. Que omnia dum rex magie ascriberet: et filium iterū sustigari iussisset: veniens regina ipm̄ de crudelitate nimia redarguit: mox quoq; seditione suborta populus regē gladijs et lanceis trucidauit. Niceta hō omnē populus in fide docuit et baptizauit: ecclesias plures cō-

struxit: et fidem domini multiplicauit. Deinum ad christum feliciter migravit die sabbati p̄ die idus septēbris: hora sexta sepultus a christiānis nicomedia ciuitate: iuxta corpora aliorum martyū ibidem pro christo passorum.

De sancta Bona virgine. Cap. lxxi.



**B**onavir

go i partibus  
egypti clarus  
it. Hec apud  
latinos bonar  
apd suos egypti

ptos cordimū aduocata rega  
li genere orta: patre zabul no  
billi sarapa: matre zina: pul

chra facie: sed pulebrior fide: nōdum tamē baptizata: parentibus defunctis: multarum diuinitarum heres: sub cura p̄pinquorū fuit. Quam dum iuuenis nobilissimus in cōiugū pereret: multas ei pollicēs possessiones: illa osino matrimonio ei refurauit: dicēs xpm̄ se ab infantia desponsasse: virginitatēq; suam ei dedicasse. Propter quod a p̄pinquis dudū blanditijs et miris pulsata: timens sibi violēter sanctū p̄positum rūperetur: latenter fugam petijt: et ad cenobium virginū se contulit: ac se a santrice inromitti instātius postulauit. Dūq; illa virginē sine abbatisse licētia admittere recusaret. Abbatissa diuina reuelatione premonita: ipam inromitti fecit: et perentī habitū religionis tradidit. Requisita autē ab artinētibus: et inuenta dum ipsam inde nullatenus auellere possent: dicunt abbatisse puellā esse gentilem: vt eam tali occasione repelleret. Illa autē hoc confitēs: sed baptismū expetens a presbytero monasterij baptizata: et. xij. annorum sacro suscepro velamine virgo domino consecrata. Que in multa perfeueravit sanctitate: et omni sacre regula disciplinē. Cum autē vna ex sororibus haberet in sociam predilectam: et illam languentem oēs alie visitarent: sola bona remansit in ecclesia orans deum: vt quita illam mori cōspiceret: sibi in alio seculo comes fieret. Quod et voce de celo lapsa ei p̄missum est. Tūc bona sorore adijt: q̄ et illud idē p̄nūciauit: et mori spiritū emisit. Tertia hō nocte abbatissa vidit somniū: q̄ iuuenis splendens puellam ex eius capite auellebat: quam et scripto abscondēbat. Et querēs cur hoc faceret: audiuit bonā ab ea eadē die auferendā. Quante autē dum abbatissa visionē sororibus retulisset bona presente: audita est vox angeli de celis ipsam ad patriam euocātis. Que continuo in choro sororum posita: oibus circum psallentibus et flentibus emisit spiritū p̄ die idus septēbris. Cuius corp⁹ mox lux de celis clara circūcedit: et ex ipso odor mirabilis refragauit: donec officio completo sepulture traditum est.

De scō philippo episcopo et mar. Cap. lxxij.